Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1833

Quelle:
Copyright:



*bus ſeruetur* &c. Adnectitur denique, quae primo, ut videtur, loco poni debebat, *Inſtructio pro noſtro* (Ferdinandi) *fideli dilecto Leonhardo Strauſſen Conſiliario et prefecto noſtro in Briſaco eius videlicet negocij quod ipſe nomine noſtro tractare et expedire debet, apud generoſum Joachimum Marchionem Brandenburgenſem principem Electorem.* Incipit: *Prefatus noſter Conſiliarius hinc diſcedere propinquiore via et tempore quidem primo* &c. Data eſt: *in ciuitate noſtra Vienne. X. Januarij. Anno* 39. Illuſtrat Faſciculus hic illa, quae ad hoc tempus apud *Sleidanum, Goldaſtum, Hortlederum, Lunigium* &c. leguntur.

XI. *fol.* 157. *Intellectus Prophetie et uerborum Eſaię Prophetę, uaticinantis. Apprehendent ſeptem mulieres virum unum* Septem Mulieres Exegetae noſtro ſeptem gratiae Spiritus ſancti ſunt.

XII. *fol.* 163. Iterum Excerpta Biblica.

XIII. *fol.* 169. Confutatio Epiſtolae ad *Lutherum Ferdinando* Rom. Regi adfictae hoc Titulo: *Ablainung aineſs erdichten Luteriſchen brieff, durch Johannem Dymophanium beſchriben Anno domini* M. D. XXXVIII. Dedicatur Magiſtratibus quinque Pagorum Catholicorum in Helvetia videlicet: *Lucern, Schweytz, Vri, Vnderwalden vnnd Zug*, et incipit: *Fürneme, Hochgeachten, lieb herrn vnnd guete fründ. Der Hailig ſant Peter hat weis geſagt In ſeiner andern Canonic* &c. Nota eſt commentitia illa Epiſtola, quam primus promſiſſe dicitur *Polycarpus Lyſerus* a *Bern. Raupachio*, qui eam latine et germanice exhibet in *mantiſſa* T. II. *Auſtriae Evangel.* N. I. ad p. 32. nequaquam tamen ejus γνησιοτητος patronum agit. Eam jam 1538. in vulgus ſparſam fuiſſe docet praeſens Confutatio, quae inter alia neque *Ferdinandum* 1537. *Oeniponte* in *Tyroli* fuiſſe, neque unquam Conſcientiae arbitrum ex *Ordine Minorum* habuiſſe adfirmat, quod utrumque eae Literae mentiebantur. Libellus totus legi meretur, ſed finis deficit. Quid, ſi *Johannes Faber* ſub *Johanne Dymophanio* latitat? Epiſtola ipſa an. 1783. rurſus obtruſa rurſus conficta oſtenditur in T. I. *Freymüth. Betracht.* &c. *Auguſtae* 1784. 8.

XIV. *fol.* 193. *Johannis Fabri* Iudicium de *Riegeri* cujusdam Libello Zwingliano inſcriptum: *Kurze vnnderricht vnnd ablainung vber N. Riegers Zwingliſchen Yerrſal.* Ipſius *Fabri* manu paſſim interpolatum et refectum eſt, dirigiturque ad *Ferdinandum* Regem, qui *Fabri* ſenſum expetierat. Damnat vero hic et refellit ea, quae in Libello circa ſacram Caenam et cultum Imaginum erronea notaverat.

## CCCCLXI.

Codex chartaceus lat. germ. 269
Sec. XVI. Folior. 254. f. continet varia ad Religionis in *Germania*